



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**De Legis Litera Sive carne, & spiritu. Andreae Boden.
Carolostadij Enarratio**

Karlstadt, Andreas

Vvittenbergae, 1521

VD16 B 6169

urn:nbn:de:hbz:466:1-33315



Th. 6117.



1

27 II
13

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

DOCTISSIMO PHILIPPO M.S.
LANTINIUS CAROLO

DE LEGIS LITERA SIVE

carne, & spiritu. Andreæ Boden.

Carolostadij Enar-

ratio.

VVITTEMBERGAE

M. D. X X I.

DOCTISSIMO PHILIPPO ME
LANCHTHONI CAROLO
STADIVS SAL.

NON ignorat vniuersa VVittebergenſis Eccleſia, in qua, tu primus dux, agis, quam raro, & mirabili ſis iudicio, id quod tibi, experiētia permoti, tribuunt multi. Ego autē ex cauſſis ſummū eſſe dinoui. Nempe quæ vix ſingula cernimus in alijs, ea tu omnia coniuncta, dei dono & volūtate, habes, liguarū interpretationē, dialecticā taceo, quā quā hęc in excogitā diſargumētis ē muta, tamē in iudicādis, non nihil valet. Oratoriā, cui ſua præcepta ſunt quō verum inueniatur, nō modo vt iudicetur, cui peculiaris eſt vis, verborum lumine ferire, ac ſentēciarū pondere triumphare, cui ē poteſtas retruſa eruendi, obſcura illuſtrandi, & in ſumma e fumo faciēdij ignem, quid, n. nō poſſet illa, flexanima rerum domina & regina, qua tu cū primis es educatus, omnia ſane, veluti imperator bonus & fortis adoriſis, ea, nihil adeo ſaxeum eſt, quod nō facile cōmolliās, nihil tam fuſum quod non amputes, nihil tam anguſtum, quod non queas dilatare, Imo nihil eſt quod tibi non obtemperet, rigidos ſectis, erectos inclinas, iacentem erigis, aduerſantē & repugnantē capis, Doces, dedoces. Incēdis, reſtinguis, Omnia tuę vehemētie cedunt. Id quod ex animo loquor. Neque blādiri volo. Fortitudinē iſtā in multo cōgreſſu ſenſi. Id quod noui atteſtor, Scimus præterea oēs, ſacras literas te percuſas memoria cōtinere. Iureq; de te dicā, quod de Carneade dixit antiquitas. Cui vis incredibilis illa dicēdi & varietas fuit, qui nullā vnquā rem defendit, quā nō probarit, nullam oppugnavit, quā nō euerterit. Ex cauſſis alijs per plurimis (quarum initium, quā finem inuenire haud paulo facilius fuerit) emunditiſſimum & certitiſſimū tibi iudicium quis non cogetur, etiā nolens attribuere, Omnium omnis ſuperata iacet inuidia Proinde pauca de legis litera atq; ſpiritu ſic volebā edere, ut tuo iudicio ſtarēt Quando Paulinū peccus, ex quo iſtec effluxiſſe fatebor, tibi ita eſt perſpectū & manifeſtū quo ne quidē vlli poteſt eſſe perſpectius & manifeſtius, boni conſule, id quod ſcripſi. Vale in Chriſto feliciter. Data VVittebergæ Hieronymi ANNO M. D. X X I.

Iudæos quondā in legis litera hæſſe, Moſes, Eſaias, cæ-
teriſque prophete, deinde Chriſtus, & Apoſtoli cõreſtatur,
propter illā enim ſuperſtitionē, hoc vaticinium, a Chriſto
tocies iteratum. Nescitis quid eſt. Miſericordiā volo, & nõ
ſacrificium, exijt. Hoc eſt peculiare ſtupidis & truncis homi-
nibus in minimis ſtare & implicari, maiora negligere. Ideo
Chriſtus phariſæis inquit. Maiora legis negligitis, & mino-
ra excolitis, deglutitis camelum, & adoratis culicem. Quod
non eſt aliud, quā illud, Phariſæi, Vos carnem illam viſibi-
lem legis reueremini & metuitis, ſpiritum autē & vim legis
non intuemini, ad hoc Chriſtus permultos ſermones elo-
quebatur, de ſabbato non ſuperſtitioſe caſtodiendo, de cu-
randis linguidulis, de famelicis paſcendis, & id genus plu-
rimā, quæ lubens prætereo. Immo in ita pactione negligo,
quia vltra quaternionem non expaciabitur hic libellus.

Quis ignorat, in Leuitico certas leges offerendarū *Leui. vii*
marum ſtatutas, propter eas enim legimus. Iſta eſt lex holo-
cauſti & ſacrificij, Plenus eſt eiufmodi legū Leuiticus. ¶ At
quid dicit Eſaias? Audite ait, verbum domini principes So *Eſai. i.*
domorum, & percipite legem dei veſtri populus Gomorre *Nokii.*
Quo mihi multitudinē victimarum veſtrarum; holocauſta *Hiere. vi*
arietum, & adipem piguium, & ſanguinē vitulorū nolui, *queſiuit*
Quis queſiuit hæc de manibus veſtris; vt imolaretis in atrijs *abhomi-*
meis; Incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniā ſabbatum *natio,*
& ſolēnitates veſtras non feram, hæc odiuit anima mea, *Amos v*
Præterea prolixas orationes ſiue murmuraciones taxat.

Teſtatur ihs Eſaias, nõ quaſiſſe id legis ſpiritū & volun-
tatē, quod plane litera & caro præceptorū exquirat, quippe
nemo non cernit, quā accurata diligentia dominus per Mo-
ſen, legem victimarum ediderit. Quanta conteſtatione ſab-
batum cæterasque feſtiuitates inſtituerat. Tamen per Eſaiā
dicit, aliud victimarum & feſtiuitatū nomine conqueſitum
neque idem corticem legis, & eius ſpiritum deſyderauitſſe.

A ij

Legis caro & litera, sive cortex, cutis, seu velamen, bractea,
& pellis est, quae oculis inspicere, manu, calamoque formare
possumus. Spiritus autem solo animo colligitur, neque uere
spiritus nobis est, nisi diuina uis & digito, cordi insculpatur,
Quia dicitur, uocaberis uoluntas mea. Non potuit insculpari
Esaïas superficiem legis diuinæ, uisctimas, holocausta, & neo-
menias & sabbata perquisisse. Hoc namque adeo manifestum
est carnem legis exigere, ut trucus aliquis stupidus adsciretur
si oculos haberet in carnem legis defixos, Nam lex ait. Offerre
uisctimas, Offerre arietes pro peccato, & id genus alia

Isaï. lxxij.

i. Cori. ij.

Ceterum non referebat legis cutis, diuinæ legis spiritum, sed
occultant, & abtrahit. Quo opinor (ut reuocaret ad spiritum)
prophetas & interpretes delegatos a deo. Nimirum carnalis
homo, carni legis erat immersus, neque ea, que spiritus erat po-
tuit subodorari, neque succum illius legis recoditum degustare.
Itaque Iudei in carne & cute legis defixi consistunt. Neque
quiuerant, utpote expertes iudicij, per uelamen uidere

Ab illa legis pelle Esaïas, & ante eum nonnulli alij submo-
uerunt. Esaïas ait, Lauamini, mundi estote, nisi enim sordes
cordis primum elueritis, contaminatum offeretis, quicquid
offerat. Primum bonam arborē, deinde fructus bonos facite
Non potest mala arbor, fructum bonum afferre. Ergo emendate uita
purificate corda uestra per fidem, lauamini in spiritu dei.

Matt. vij.

Ezechie.

xxxvi.

uelle

psal. l.

Dauid itidem repositum uisctimarum spiritum prodidit, dicens.
Si uoluisses sacrificium dedissem, utique holocaustis non de-
lectaberis, sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum
& humiliatum non despiciet deus. Ecce ille fidelis dei seruus
omissis uisctimis, sacrificium spirituale satagit offerre, quod spiritus
legis postulat, tantum ergo abest, legis summam in externis uis-
ctimis sitam. Quae quae tota legis caro putabatur uisibilia efflagitare

Vere spiritualis est lex, nos autem carnales, Spiritusque legis
semper & nusquam non uult per fidem nos emundari, legis car-
ne aliud quippiam praeferre, quia nihil magis exigit legem

Spūs, quā vt illud ante omnia scrutemur quod caro legis est
lat. Sicut in cor hominis, sic in cor legis, vbi eius vitalis vis
& spiritus immoratur, deus videt. Sicut paruū ē, secundum
faciē hoīm iudicare, ita ne magnū quiddā fuerit faciē legis
inspexisse. Nihilq; minus deus desyderat in nobis, quā id
quod maxime pellicula legis desyderare videtur, ob id ait,
Incēsum abominatio ē mihi, Esa. i. Qui recordatur thuris,
q̄si qui benedicit idolo Esa. lxvi, Et Dauid, Holocaustis nō
delectaberis. ¶ Sicut noluit Chrūs, vt faciē ieiunātes expoli
rēt, Sic nūq; Iudēos, Phariseos, & Hypocritas nō arguit stul
titię & ignauitę, q; vmbra legis tāq; solē, & corpus adorabāt

Mat. vi.

Nunc fortiter, neq; tamē temere, vno verbo legis spiritū
effundā. ¶ Spiritus legis, voluntas est dei. Nempe quid pōt
esse maius, in quolibet lege (etiam priuata) quam legis vo-
luntas? Ideo Christus toties testatur, Hęc est voluntas pa-
tris. Item sicut dedit mandatum, sic loquor.

Spiritus

legis

Voluntas diuina, spiritus ē & anima legis diuine, prop-
terea indies cōprecamur, dicentes. Fiat voluntas tua, id est,
Fac in nobis, id ipsum, quod voluntas tua, sub pelle & fa-
cie legis occultata, iubet, da per voluntatem tuam, id quod
sub legis cute, vel iubet, vel abscondis.

Nunc si quis digenter voluntatē diuinā aiā duertit, nihil
cernit studiosius & vehemētius deū velle, quā qd̄ i se spem
fiduciā & charitatē. & ante oīa fidē habeamus. Propterea ait
Chrūs. Hęc ē voluntas patris mei, vt is, qui videt filiū &
credit in eum nō pereat, sed habeat vitā eternā, Et alibi q̄ti
facit voluntatē patris, hic inabit regnū celorū, hoc ē qui
credit in filiū quē deus posuit redemptorē & recōciliatorē.
Is iustificabitur, & vitā viuēt eternā. Qui credit nō dānabi-
tur, qui non credit iam iudicatus est, totum lucrum & om-
nis salus in fide consistit, tota dānatio & omnis infelicitas
incredulitati reputatur, Ideo se deus patrem vult nuncu-
ari, us cum nos & nostra curare uelimus & sinamus,

Ioan. vi.

Mat. vii.

Ro. i.

Ioan. i.

A 43

Voluntas ergo diuina, sub legis carne, sicut anima sub corpore, latens, summopere & precipue fidem promittit & exigit, propterea ab Aplō verbum fidei dicitur, quia spiritus eius, est spiritus fidei, sicut voluntas patris est voluntas fidei per Christum.

Ro. x.

Hoc me docet Moses, hoc Dauid, hoc Esaias, hoc Hieremias, hoc Ezechiel, hoc alij, hoc Christus, hoc Paulus, sed persequare prius allata, deinceps alia, quia retulerit omnium hoc exacte correctare. Neque minore reformidatione & reuerentia, quam corpus Christi in altari. Quia verbum dei maius quiddam est, quam Christi corpus. Nimirum oportebat Christum pati. Legem scripturas implere. Et illi per omnia obedire.

Esai. l.

Esaias de spiritu legis victimarum, sic dicit. Quis quæsiuit hæc de manibus vestris? Adipem pinguium nolui, quo sermone non obscure indicat, corticem carnem & literam legis, distare a voluntate & spiritu. Sic dicturus fuit. Non fuit hæc legis anima, voluntas & spiritus, ut adipem offerretis. Non id uis legis exquirat, ut hostias eiusmodi imoletis aliud uoluit lex, Ne haberetis manus sanguinarias, ne persequeremini legem, ne pollutas operationes adferatis, sed lauaremini, aqua fidei, & auferatis malum cogitationum uestrarum.

Act. xv.

Hisce constat fidem exegi, quæ corda purificat, & spirituales nos facit. a deo, ut spiritu spiritum legis. i. per fidem dei uoluntatem complectamur, fides nos facit spontaneos & uoluntarios, & conformes uoluntati legis, quam Christus adimpleuit. Atque nos eatenus implemus, quatenus credimus Christum nos a legis maledicto liberauisset,

psal. l.

& redemisset, & iusticiam nobis factum. Concinne Dauid inquit, Holocaustis non delestaberis, Hic sacrificium spirituale legis haud absimile prescribit dicens. Sacrificium deo cor afflictum & anxium. Quale est, quod se fide purificat & emittat. Sic alio dicit scriptura. Nunquid carnes taurorum manducabo, aut sanguinem hircorum potabo? Absit, fidens cor

psal. xlix

uolo, credentem mihi, quero, qui p̄odus supra me ponat,
qui non post deos alienos expaciatur.

Hæc omnia esse uni fidei attribuenda quis inficiabitur?
Fide igitur stabilimus legē tantum abest quod destruamus
At destruunt ij, qui sic inspiciunt carnē legis, ne lubear spi
ritum eius intueri, Per fregerunt legem, qui cōseruata pelle
legis vim non coluerunt.

Roma. ij

Erat animo propositum eius explicandi, quod sæpe ad
uersus Phariseos Christus pronusit ex Osee c. vi. Misericor
diam uolo & non sacrificium. Deinde illud Miche. vi. Nū
quid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructū
uentris mei pro peccato meo, que reuera lex Leuitica iude
batur ardēter exigere. Sed dicit. Indicabo tibi homo, quid
deus requirat a te, utique facere iudiciū, diligere misericor
diam & felicitum ambulare cum eo. Verum non permittit
breuitas pollicita.

Ose. vi.
Mich. vi

Propterea & Moſen & Paulum simul componam ut po
ſſim breuius perſtringere sermonem. Paulus circūſionē
ſic uidetur tractare, quaſi ad legem pertineat, quāquā erat
ante legem, atque dicit duplicem circūſionem literæ &
ſpiritus, Ac circūſiſos ſpiritu, dicit pertinere ad homi
nes nouos, atque legem obſeruare, dicēs, circūſiſio prodeſt
ſi legem ſeruaris. Itaque fuit aliqua legis circūſiſio quam
maxime expetebat legis ſpiritus & uis, etiamſi legis caro &
litera aliud putabatur mandare. Deinde dicit tantum inter
circūſionē ſpiritus & carnis intereſſe, ut circūſiſio, quā
litera & bractea legis præcipit, nulla ſit, eius collatione cir
cūſionis, quā legis uoluntas & ſpiritus affectat. Proinde
dicit circūſiſio cordis, eſt circūſiſio que conſtat ſpiritu,
nō litera. Superq; circūſiſione literæ ſic ſtatuit & iudicat.
Circūſiſio manifeſta, quæ carnis eſt, nō eſt circūſiſio. Qua
propter fieri poteſt ut quis a legis pelle ſolutus, habeat præ
putium, quod pro circūſiſione reputabitur. Nempe ſi in-

Ro. ij.

Ro. ij.

circumcisus carne iustificationes legis seruari. Seruat autē
si spiritu, spiritum legis amplectitur. Si voluntate, legis vo-
luntatē complet. Deinde confert prepucium & circumci-
sionem ad legem, dicens, Seruās iustificationes legis, is ser-
per est circumcisus, etiamsi prepucium gerat. Porro circum-
cisus secundum literam & carnē, per circumcisionē potest
legem transgredi. Itaque prepucium potest circumcisionē
iudicare. Vide mi lector, quid referat, spiritum legis, &
quid legis literam consequi? Fieri potest, vt alienissimus a
facto legem seruat, Cur? Legis carnē nunquā præter nostrā
damnationē, atque sine legis præuaricatione possumus sub-
ire, nisi prius subierimus legis voluntatem. Subimus autem
voluntatē, si credimus, quia hoc, voluntas legis exigit ante

Eadē vo- omnia. ¶ Quoniā eadem est voluntas legis & dei. ¶ Nunc
lūras dei dei voluntas est, vt credamus Christum redemptorem no-
& legis. strum, iusticiā nostrā, legisque impletionem. Qui sic credit
Christo, is ab omni prorsus carne legis ē liberatus, quia per
corpus Christi mortificatur legis caro. Verum id quod est
verē legis, id stat semper inconvulsū, neque variari pōt.
Siquidem est libertas vera, seruitus legis in spiritu. Quem
admodum seruus est iusticię qui liberatus est a peccato.

Ro. vi. Hic olfacere videor mihi, controuersia aliquā futuram,
quod circumcisionem carnis & literę sic ferme legi tribuerim
tanquā non possit ad carnem & corpus nostrum cōaptari,
Quod Paulus cōspicue, de carne loquitur. Huic, ego respō-
deo. Nūquā carnē, carnaliter circūcidi, nisi lex carnaliter in-
telligatur. Id ē iuxta id, quod infert auribus & oculis. vt cir-
cūcides carnē prepucij vestri dicit dominus. Hoc dixit car-
naliter circūcisis .i. secundū literā, nō secundū nouitatē spūs.

Genesio Nempe, vt Iudæi, in minucijs pendētes, magnificerunt,
vij. glandis circumcisionē, quasi tum legem custodierint, erro-
Deum. rem illorum Moses, Deus, emē dare cupiēs, dixit, Circum-
sidit

cidite præpucium cordis uestri, quo plane præcepto sen-
sum circumcisionis exprimit, & ad principium eius reuo-
cauit, scz ad fidem, quã Abraham habuit, antequã circum-
cisionis carnalis præceptum audiret. Proinde Moses ad fi-
dem trahit, quia cordis circumcisio fit per fidẽ, sed ut erat
stupidum Iudæorum uulgus, putans se suo pre robore sibi
cordis auferre posse præpucium, inquit Moses. Circum-
cidet dominus cor tuũ, & cor seminis tui, ut diligas domi-
num deũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua. Hisce ter-
bis temeritatẽ auulsit, ne putarent, id se posse, & simul ostẽ-
dit, quã sit cordis circumcisio, quia dilectio ex toto corde
Cæterum hæc dilectio (si studiose conferas capita, xxx.
& x. Deum cum c. xv. & xvij. Genesis) est summa ad deum
fiducia, deorum alienorum excisio, & diuinus fidei fructus.
Neque enim fieri potest, ut diligas deum ex pleno corde,
& illum non summe diligas, de his alias. Ergo ex his infer-
ram. Circumcisionem carnis & literæ, esse, quam caro legis
eloquitur, Circumcisionem spiritus esse, quã præcipue le-
gis exquirat uoluntas. Hæc cordis. Illa uirgæ uirilis est.

Nolo nõ scias, quod temeritas potest, spiritum legis per-
turbare, cælum terramque commiscere. Quia si quis nite-
retur præpucium cordis proprijs uiribus eijcere, ille se sibi
ilico deum constitueret, & nihil minus esset, quam circum-
cisus spiritu. Quãdo cordis circumcisio opus dei est, Deu.
v & xxx. & Ezechiel xxxvi. Igitur deũ tibi facis eum. a quo
eam circumcisionẽ te speras recepturũ. Mo do si tu proprijs
uiribus id moliris, te tibi deum fecisti, Sed circumcisio cor-
dis, præpucium cordis minime excidet aut eijciet si deos
alienos quæris, Deu. x.

Quod dixi. Seruientes spiritui & uoluntati legis, exemp-
tos esse a carne & litera legis, sic opinor tractandum, Paulus
adseruat, positos sub lege, non esse sub gracia, Ro. vi. At-
que rursus, Iustificationem legis impleri secundũ spiritum,

Deutero
xxx.
Circum-
cisio cor-
dis.

B

Ro. ij & viij. Ergo spiritu iustificationē legis implēs, seruus est iustificationis legis. Sicut seruus ē iustitię. qui iusticiā facit, Ro. vi. Nunc Paulus dilucido sermone ait. Mente seruo legi dei Ro. vij. Atqui certe, seruus fuerit qui seruit. Consequentur dabis, Iustum legis fore seruum. Porro si largiris seruum, tacite confiteris, Iustum esse sub lege. & seruum nō esse ab eo liberatū cui seruit, Nempe qui obedit & seruit, is illius addictus est domini, cui obsequitur, Pugnāt autē eundē, esse legis addictum ac seruū, & a lege liberatū, Sicut pugnat virum uiuere, & mulierem a uiri iure solutā, Ro. vj. Deinde dominiū legis, Paulus, cum regno mortis adeo comparauit, quod claro oraculo dicit, peccata mortemue in eis regnare, in quibus lex regnat,

Pauli hæc sunt verba. Cum essemus in carne, affectus & morbi peccatorum, qui sunt per legem, vigeabant in membris nostris, vt fructificarent morti, Ro. vij. Quid egemus in carne, quando verbis per se illustribus inquit, per legem erāt morbi & affectus in membris nostris, Sed non tantum erant per legem in membris nostris, Verum supra hoc per legem vigebāt, & fructificauerunt morti, Quid ergo aliud fuerit esse sub lege quam pati mortis tyrannidem? Itaque regnum legis, regnum est peccati & mortis, Igitur qui legi seruit, peccato seruit & obedit, Ro. vi. Porro si regnat in eo peccatum, non potest conregnare gracia, non potest in eo Christus dominari, Mirum ergo fuerit, & falsum, aut saltē falso proximum, Quempiam esse a lege liberatum & eundem esse a legis seruum. Addo quod idem Paulus facit iste idem significare, Esse in carne, Esse sub lege. Secundum carnem uiuere, Et extra gratiam esse, Nam postquā Paulus dixit, Cum essemus in carne, paululum infra eandem sententiam reiteraturus euestigio ait. Nunc autem liberati sumus a lege, Nimirum eo sermone testatur, tantundem sonare, vel dicas, sub lege sum. vel sic, In carne sum,

aut secundum carnem uiuo. Ro. viij.

Redempti per Christum non sunt sub legis tyrannide, neque pōdere eius premuntur. Amicus legis est, qui mente seruit legi dei. Sicut amicus est Christi, Qui illum in spiritu colit. Qui illius mandata facit, Siquidem is qui dei mandata facit, is nouit, quid sibi contigerat, agnoscit enim id sibi dono dei præstitum, itaque deum glorificat & amicus fit Christi. Quamobrem Christus ait. Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius. Ioā. xv hoc ipsum est quod Paulus ait. Animalis homo non capit, quæ dei sunt. Nempe is quem lex infestat, non potest assurgere in cognitionem eorum, quæ deus facit, Quia incredulus, proprie est animalis ille homo, & seruus ille, qui non scit, quid faciat dominus eius. qui sibi usurpat quod domini est, qui recondit, quod debuit commodare. Amicos non seruos appellat Christus, quia nota facit illis, quæ audiuit a patre, En fidei spiritū, is enim vnus audit, & ei vni innotescunt audita a patre, quippe q̄ qui dei docibiles sunt, illi sunt Christo conglutinati per fidem, atque solo Christi beneficio se benedictos facentur. Io. vi. Deinde amicos Christus pronūciat, quod audiissent, hoc est credidissent, sic ego Paulum legis amicum verius dixero, quam seruum, Quamquam faciat & seruiat legi. Quoniam Christus discipulos suos voluit amicos appellare, si facerent præcepta dicens. Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis. Ioan. xv.

Nunc palam est, Christum inter omnia, primū hoc velle vt per eum in eius patrem credamus, tumque nullam condemnationem credentes metuamus. Ideo dixit. Qui sermonem meū audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet. Iohannis. v. Proinde nullam cōdemnationem habet, qui credit. Neque esse seruus potest, quia diligit sermonē, quē audit, & iocūdatur

B 4

in eo, stat enim amicus sponsi, & audit, gaudetque, quia vo-
cem eius audit. Ioan. iij. At talia solent esse aliena a seruis.
Propterea mente (dicit Paulus) legi dei seruo. Ideo nō po-
tuit regnum legis in eo consistere. Neque enim peccatū tū
legis auditione crescit, sed iudicatur, Nec peccatum fructi-
ficat morti, quia fit tributarium. Quoniā hoc malū, quod
me reluctante peccatum facit, censum humilitatis adfert,
Etenim efficit operum aut tedium aut fastidium, Ostendit
itidem, Num dei uoluntatem p̄ceptaque perficiam, In eo
me dominus erudit, ut experiatur utrum custodiam suam
tiam, Iudi. ij. & iij. Per illud malum docet dominus, opera
desperare, in se confidere, per legē. vt cognoscunt peccata,
iam sibi sordere, & se fugere incipiunt, proinde non potest
credulum, peccatum per legem occidere, neque lex ad cō-
demnationem regnare. Non. n. est sub lege, sed sub grācia,
Sub legis uoluntate magis est, quam sub lege. Quin. vero.
Cum uoluntate quoq; legis est. Licet seruiat, quia delecta-
tur & deliciatur in lege dei, & fit cum deo spiritus vnus,
quia nō ex operibus, sed per fidem. Nūquam bene cessit Iu-
dæis, multitudini hominū, aut suis uiribus, fidentibus, id
quod historię passim attestantur. Neque potuit, neque de-
buit illis succedere, quādo legem operibus cōsecabantur.
Quippe per opera legem colentes, illi nunquā in legis spi-
ritum ueniunt, quia non nouerunt quē Christus a patre au-
diuit. Imo nec ea quę Moses & prophetae audiuerūt. Recte
Christus dixit. Vocem eius nunquā audistis. Ioan. v. Neq;
fieri potest vt in legem iusticię uenias, si operibus accedis,
quia summa legis, est credere deo. Vt credas, hæc est radix,
petra, corpus & fastigium legis. Inde fit q̄ illi, quibus ig-
nota lex estimabatur, per fidem primi uenerunt in iusticiā.
Atque quod ij, qui pondus & æstum legis tolerabant,
sunt nouissimi. Nam eis anteponuntur, qui fide, non ope-
ribus ueniunt, Sic, publicani & peccatores, pharisęos, & scri-



has precedūt in regno. Quia illi destituti operibus, audiūt
vocantem & fide accurrunt. Verum pharisæi per operum
fiduciam salutantes legem, legis iram, affectus peccatorum
viuidos, peccatum vegetum, abundans, decipiens, & occi-
dens portant. Et in lapidem offendiculi illiduntur, & pu-
desiunt, quia non crediderunt. Quanto acrius intendimus
actionem, tanto vehementius lex vulnerat. Ad legem iusti-
cię Israel ideo non peruenit, quia legem iustitię, non ex fi-
de, sed ex operibus sectabatur Ro. x. Idcirco per vetustatē
literę, nō per nouitatē spiritus ambulauerūt & seruiuerunt.

Credulus autē, mortuus est legi, in qua tenebatur incre-
dulus, & secundū nouitatem spiritus, ambulat atque seruit.
Ro. vii. hoc ē factus per fidē nouus homo, illi seruit in le-
ge dei, quod ad nouos homines pertinet, vt iustificatio le-
gis in ihs tantummodo impleatur, qui non secundū carnē
sed spiritum versantur, Ro. viij. Secundū carnē ambulāt,
qui operibus legem, in faciem, opera precipue exigentem
fatagunt implere. Illi certe veri sunt legis serui, & non ha-
bent iucundam sed contristantē legem. Neque possunt eam
corde diligere, quāquam interim eius præconia eloquuntur.

Demus incredulos agrestia scelera non perpetrare, tamē
per legem discunt, abs se fieri, quę debeant per ignem æter-
num multari. Hoc autē non potest eos non habere male.
Sic pondus legis ferunt. Sic legem perumpunt. Sic indig-
nantur. Sic inflammati per legem concupiscunt ardentius.
Sic legis odio vel inuidia vel contemptu occupantur. Sic
malum quod in carne gestant, per legem decipit. Sic malū,
per bonum sumpta occasione, fructificat morti, atque occi-
dit. Sic volunt malū quod operātur. Neque possunt odire
malum, quando lex bona non delectat. Sic non est sub gra-
cia, qui est sub lege. Sic seruus est legis. Imo non legis, sed
peccati & mali, aut si mauis, seruus est legis peccati, quę est
in membris. Sic iniquitas omnē tenuitatem peccati, & par-

B iij

malitiam mali, intrinsicè desyderio, & frementi iracundia re-
pensat. Sic animã, quã retentione mēbrorum remittit, effe-
uentem & copiosum clanculo stomacho effundit. Sic lig-
uam, ne cōticietur. Sic manum ne vulneret. Sic dentes, ne
fremãt, malicia simulata custodit, verũ intus supplet, quid
quid ferocia defuit extrinsecus.

Alio raptus sum, sed tamen in campum haud remotum,
quia dicere volebam interesse inter legis literam & spiritũ,
et proxime tractata, eo plane tendunt, quod nemo legis li-
teram in sui salutem, assequi potest, nisi primũ legalem illũ
spiritum attingat, & illi per nouitatem spiritus cōpingatur
Quia lex queuis, modo sit diuina, lex est iusticię, Ro. x. nõ
inquam iusticię quę ex operibus est, quia ex operibus legis
non iustificatur omnis caro, Ro. ij. sed iusticię, quę est per
fidem, Ro. x. Hęc iusticia ad homines nõ pertinet, Imo
nouos facit.

Itaque in qualibet lege spiritus est & nouitas, quã potissi-
mũ debemus degustare, Atque in ceremonili lege facilius
est videre, literę vetustatẽ, a nouitate spiritus distare. Verũ
nõ vero nõ cuius licet primo cōgressu vt dicitur vel intuitu
qualibet in lege vetustatem & nouitatem, literam & spiritũ
discriminatim nosse. Quoniã id est hominis multę lectio-
nes. Sed non sufficit lectio multa, nisi spiritum dei habeas,
Possumus quidem multi de scripturis loqui, alios docere,
alios inflammare, & ipsi nos ipsos non docere, & frigescere
Ro. ij. Animalis homo non percipit quę dei sunt. Eciamsi
ueritatem audit, tractatue, non sibi sapit intus veritas, non
in ueritate iocundatur, non in dei gloriam uenit. ingratus
permanet, atque sic cor insciens obrebresecat, Ro. i.
Possumus certe, deo uolente, assiduitate lectionis & acri ad-
hibito delectari nouitatẽ & spiritum legis a litera & uetusta-
te discernere. Sed deus bone, non dulcescunt nobis legis
mysteria, nisi Christi spiritus nobis imperciatur, cor insci-

ens manet, dum os arcana legis eloquitur. Veritas in ore,
ueritas in impietate & iniusticia. Quod deus reuelauit habemus,
cor autem longe abest, quia ueritatem non habemus
in ueritate, hoc est in spiritu.

Nunc breuiter quelibet lex, & omne præceptum carna
habet & animam, siue literam & spiritum. Hoc mādātum,
Non concupisces non est sine uetustate & nouitate. Quo
niam Paulus de eo dixit. Seruiamus per nouitatem spiritus
non per uetustatem literæ. Ro. viij. Ad hominem & legem
hęc duo Paulus retulisse uidetur ¶ In eo uetustatē & carnē
legis opinor consistere, quod carnalis homo solet, in litera
turam ire, audiens dei præcepta, hoc est, Temere stans in eo,
quod audit, arbitrans satis sibi esse, legem audisse. Id quod
cōstat tum idos Iudæos fecisse (Exodi. xxxij. dicētes. Omnia
quę locutus est dominus faciemus, & erimus obediētes. Illi
audacter & fortiter literā sermonis acceperunt. Literaturā
nouerunt, Potentiā domini non nouerunt. Sed dicit. Non
noui literaturā, sed introibo in potentiā domini. Hanc po
tentiā cepit dominus aperire. Deu. v. Vbi rursus dicen
tibus Iudæis. Nos audientes faciemus ea. Quibus ait domi
nus. Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, &
custodiant mandata mea. Nimirā eo sermone demonstrauit,
non sufficere legis literam, Sed potentiā opus esse, qua talē
mentem capiant, Id quod & Moses de circumcisione palā
dissertit, & omnes post eum prophetæ docuerunt. Itaque
spūs legis est occultatus & intrinsecus oblectat mentē. quia
spiritum non operibus, sed fide, nō uetustate, sed nouitate
contingimus hoc ē uoluntati dei fiducia atque fide iungi
mur, cætera alias.

VVittemberge Anno Domini
M. D. X X I.





6117

Th
6117